

Ex scribatus qigitus ex crescentiae: Si secundum loco superioris deletæ scribatur cyfra, & sinistretur articulus iungaturq; proximo sequenti. Si numerus compositus loco superioris, vt prius deleti, scribatur digitus, qui est pars illius cōpositi, & sinistretur articulus vt supra. Quo facto ad secundum figurarum ordinem eiusdem denominationis procedatur, sub quo eandem formam reperi operationis qua sub primo ordine figurarum usus es. Hoc vnicō obseruaro, quod quotiescunque ex additione figurarum eiusdem ordinis secundi, senarium cumulaueris, qui semper sexaginta ratione sui ordinis repräsentat, eo deleto, loco suo scribatur residuum si quid fuerit, & sinistretur vñitas toties prima que figuræ grossioris denominationis immediatè sequentis adjiciatur, quoties senarius in secundo ordine precedētis denominationis fuerat repertus. Nec à tali operatione cessandum erit, donec ad integrorū puta graduū locum fuerit deuentum, quorum 30. signum commune. 60. verò Physicum constituere dinoscuntur. Quare 30. semper eiusdem loci abijciantur, ac pro eis deletis vñitas sequenti signorū, scilicet loco addatur, si signa fuerint communia, vel 60. si denominatio sequens Physica fuerit. Quotiescunq; etiā in codem loco puta signorū ex tali additione 12. fuerint cōmunia signa, vel c. Physica collecta, quæ integrā revolutionem faciunt, eis semper deletis, loco vero eorum scribatur residuum si quid fuerit, vel figura nihili si præcisa revolutione fuerit, accumulata. In fractionib. etiam temporis eisdem præceptis vtendum erit, donec ad horas fuerit deuentum, quarum 24. continuè quia integra sunt diem perficiunt. Quare tot semper abiectis vñitas denominationi grossiori cōglomeranda erit, & hoc ideo, quia in quæ vñuquodq; diuiditur, ex eisdē cōponi necesse est.

De Subtractione.

SVbtractio hac operatione perficitur. Numeratores signorū, graduū, minutorum, aliarumq; denominationum, suis locis distinctè scribentur, illius scilicet numeri, à quo debet fieri subtractione, sub quib. numeratores subtrahendi debet vñusquisq; sub genere suo ea diligenter describentur, puta signa sub signis, grad⁹ sub gradib. minuta sub minutis &c. vt in præcedente dictum est. Quo facto à denominatione subtiliori incipiendū erit, subtrahaturq; prima inferioris à sibi supra posita, si fieri possit, & scribatur residuum, si quod fuerit in locum superioris deletæ, vel o, si nihil remāserit. Si autem inferior à superiori auferri minimè poterit, quod contingit, dum inferior superiorē excedit, hoc casu vñitas à sequenti versus sinistram eiusdem denominationis huic accommodatur, quæ semper respectu prioris decem significat, si in eadem denominacione reperiatur, si atque subtractione inferioris à tali articulo vel numero composto, secundū, quod operatio depositit, remanente tamen residuo, vt dictum est, loco superioris deletæ. Si autem accommodanda vñitas in eadē denominacione inueniri non potest, à denominatione proxima versus sinistram, non vacante surripiatur, quæ si fuerit in loco reperta signorū in denominacione graduum 29. in subtiliorib. verò

C 2 ab hac